

qui omnibus diis ad habitandum sufficit glorie Alexandri sufficiens non fuit.

**B** Regis etiam. Dicit etiam quod Aristoteles cupidus glorie fuit. & primo ponit quod intendit. secundo Aristotilem reprehendit ibi. **VIII.** ait ergo flagrantissime cupiditati regis Alexandri & iuuenis etatis similem in capescenda laude ~~scilicet~~ <sup>scilicet</sup> subnecta. Id namque Aristoteles oratorie artis libros videlicet librum rethoricoz: quos edidit Theodoti discipulo donauerat et postea moleste ferens eorum titulum sit alius cessisse proprio volumine alio quibus aliis rebus insistens. planius sibi de hiis in theodotis libris dictum esse adiecit. Notandum quod hec verba dicit Aristoteles in libro aliquo qui non habet a latinis. Nam ipsum sic dicentem in libris: qui communiter habentur non dum vidi. nisi hic reprehendit ipsum curialiter. d. Nisi verecundia tam late et tam potentis sciencie menteret. id est nisi quod verecundia est tam pacientem Aristotilis scienciam dampnare dicerem ipsum philosophum Aristotilis dignum: cuius mores stabilendis philosophi alioris animi traderent. quod d. eius mores tanta sciencia non fuerunt digni: sed alium meruisset philosophum alioris animi.

¶ Ceterum. Intantum concupiscitur gloria quod etiam ab illis qui eam contempnere videntur. appetitur. quod hic ponens Valerius dicit. Ceterum. id est sed ne ab hiis videlicet philosophis quidem qui contemptum in suis libris introducere conantur negligitur. Quonia quidem in voluminibus in quibus contemptum glorie ponunt nomina sua diligent adiciunt. ut quod professione sciencie eleuat & abiciunt memorie usurpacione se subscribendo assequantur! Hoc autem vitare intendens Valerius in suo libro nomen suum non posuit

Sed qualicumque. Viroz precedentium exemplorum qualicumque proposito dissimilato quia portari et dissimilari potest: sed illoz qui sequuntur longe tollerabilior id est grauior error ad portandum: qui ut eternam memoriam assequeretur. etiam non dubitauerunt sceleribus

*Aristotelis  
frentia*